

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm**

**Bonagrata <von Habsheim>**

**Friburgi Brisgoiae, 1665**

Ad lectorem

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

## Ad Lectorem.

**S**ummula hac Selectarum Quaestionum Regularium, sua vilitatis probè conscia, non sine formidine primùm in lucem iuit, contenta fores pulsare domesticas, ab alijs repulsam potiùs, quàm admissionem expectans. Contigit præter spem, hospitium ab exteris quoque non solum non denegari, verùm vltro offerri & quam humanissimè inuitari, quin etiam instanter expeti. Animum fecit Beneuolorum humanitas, vt ad incudem rursus applicarem, reuiderem, quæ sua breuitate vel obscuritatem vel instantiam paterentur aliquam, elucidarem, magisque confirmarem; alia emendarem; quamplurima verò superadderem, præsertim, quæ, cum in dies in ordine nostro sunt aut fieri possunt, nec aliunde quàm à Superiorum propria Religionis declaratione seu voluntate resoluè facile queant, in Comitjs nostra Congregationis Generalibus per ordinationes vel Decisiones authenticè definita sunt. Iterum igitur foras emitto, quaquà dabitur transitus vel accessus, peregrinatum, cui si Bono DEO placebit comitem addere S. Angelum, vt cum salute plurium procedat, benedicam Dominum in omni tempore, semperq; laus erit in ore meo.

Facultas Reu. mi P. Generalis.

NOS F. SIMPLICIANVS à Mediolano Ord. Min.  
S. FRANCISCI Capucinorù Minister Generalis. L. I.

**C**VM opus (cui titulus est: Summula selectarum  
Quaestionum Regularium) à R. P. Bonagratia de  
Habsen

Habſen Ordinis noſtri Conc. conſcriptum, & à duobus eiufdem Ord. Theologis, quibus id commiſſum fuerat, viſum & approbatum ſit, per has præſentes ſigillo officij noſtri munitas, & manu propria ſubſcriptas concedimus, quatenus ſeruatis ſeruandis quoad nos ſpectat, typis mandari valeat. Datum Romæ 21. Ian. 1664.

*F. Simplicianus Miniſter Generalis.*

**S**ummulam hanc Selectarum Quæſtionum Regularium, Regulas fidei orthodoxæ ac morum bonorū minimè excedentem, ſed optimam doctrinam, præſertim pro Regularibus continentem, typo digniſſimam cenſet

*Ioſephus ab Ach I.V.L. Vicar. Gen. Conſtant.*

**CONCESSIO** reimprimendi Summulam cum  
Additamentis.

**N**os F. Marcus Antonius à Carpenedulo ordinis FF. Minorum S. Franciſci Capucinorum L.I. Miniſter Generalis, tenore præſentium facultatem concedimus, vt Additiones R. P. Bonagratix Conc. ac Diſſin. noſtri ordinis in Prouincia Heluetica ad Summulam qq. Regularium à duobus noſtræ Religionis Theologis, & ab alijs reuiſæ & approbatæ imprimi poſſint, vel ſimul cum ipſa Summula, vel ſeparatim per ſeipſas, ſeruatis tamen ſeruandis. Datum Nitix die 8. Iul. 1665.

*F. Marcus Antonius Miniſter Generalis.*

**Cenſura Ordinarij.**

**A**dditamenta hæc ad Quæſtiones quaſdam Regulares antehac iam approbatas, & in lucem datas; quum eandem cenſuram mereantur, & Doctrinam à fide orthodoxâ minimè alienam, nec bonis moribus aduerſantem contineant, ſimiliter in lucem dari poſſunt. Conſtantix 7. April. 1665.

*Philippus Freyhammer SS. Th. D. Paroebus  
& Canonicus S. S.*